



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XL. Die Stadt Neubrandenburg verbürgt sich für dasjenige, was der Herzog von Mecklenburg den Städten des Ukerlandes zugesagt hat, am 29. September 1319.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

suum pium tribuunt assensum. Die autem dominica, tertia et quarta feria ac sabbato legi debet talis missa, ut requisierit diei sollempnitas, nisi plebanus uel gerens vicem suam missam sibi deposceret congruentem. His quatuor diebus, tunc illam Sacerdos officians idem altare dicere debet omni contradictione cessante. Et ut premissa maneant, et eorum quodlibet temporibus perpetuis incommota persistant, Hanc literam exinde confectam, nostri sigilli robore dari iussimus communitam. Presentibus Nobili viro Gunthero Comite de Kevernberg, Johanne de Blankenborch, Droysecone, Dapiferis, Heinrico de Stegelitz, Henningo de Ecstede, Grifecone, Petro de Pomerania, Hassone et Wedegone ac Lodewico de Wedele, Thiderico de Kerkow, Anselmo de Blankenborch, Heinrico de Schenkendorppe, Conrado et Alberto de Clepezk, militibus nostris, Everardo preposito Berlinensi et H. de Luchowe Canonico Ecclesie quondam ad galathas nunc autem Lubusane, Capellanis nostris, et alijs fidedignis. Actum et datum in Nova Angermunde, Anno dominice incarnationis Millefimo trecentesimo, decimo nono, Festo sancti Urbani Martyris atque Pontificis.

Sect's Gesch. I, Urf.-Anh. S. 169 No. 16.

XL. Die Stadt Neubrandenburg verbürgt sich für dasjenige, was der Herzog von Mecklenburg den Städten des Uferlandes zugesagt hat, am 29. September 1319.

Omnibus, ad quos prefens scriptem pervenerit, Consules et commune Civitatis Nove Brandenburg salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus publice per presentes et constare volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos matura deliberatione et sano consilio prehabitis pro omnibus et singulis articulis, inter nobilem Virum Dominum nostrum reverendissimum, Dominum Heinricum Magnopolensem ex una, et civitates Prentzlaw, Posewalek, Tzweth, Angermünde, Oderberghe, Cedenick, Vorsttenberghe, Templin, Vorsttenwerdere, Straceborgh et Jaghowe ac omnes vasallos in tribus Advocatiis, videlicet Stolp, Jagow et Leuenwolde constitutos, parte ex altera placitatis, pro quibus quidem Dominus noster Magnopolenis et sui undecim Vasalli promiserunt fide prestita, prout in literis ejusdem domini nostri Magnopolenis inde confectis expressius continetur, verbis nostris promittimus assercens et stamus predictis Tenore presentium obligati. In cujus Testimonium Sigillum Civitatis nostre presentibus duximus apponendum. Datum Woldegecke, Anno domini MCCC. decimo nono, In die beati Michaelis Archangeli.

Sect's Gesch. I, Urf.-Anh. S. 171 No. 17.